



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XV. Markgraf Waldemar belehnt zwei Frankfurter Bürger mit dem Dorfe Reitwein, am 20. Juli 1316.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XIV. Bodo, Herr von Yleborch, verschreibt einem Frankfurter Bürger 100 Mark, am 15. Juli 1315.

Nos Bodo Senior, dominus de yleborch, cum ambobus nostris filiis, scilicet Bodone et Bodone, recognoscimus fide bona proteftantes, Quod honorabilibus fritz kino et Johanni, viris hokemanni, promittimus et soluere tenemur Centum Marcas puri argenti minus vna in festo walburgis finaliter perfoluendas nunc venturo. Pro quibus fideiuffores nostros Subscriptos posuimus, qui id ipsum in Solidum nobiscum promiserunt, videlicet Dominum henricum de werben, et Dominum Dyprandum de werben, et Hermannum de Crywen, et rulonem de rotenborch, nostros milites, et henricum Sagittarium et Ramboldum de ketelitz, Tammone de kalcrede. Quod si dicta die non soluerimus, Extunc nostrorum filiorum vnus cum dictis nostris fideiussoribus Ciuitatem Vrankenuord intrare tenebitur, ipsam non exituri, Quin de dictorum ciuium fuerit voluntate. Si autem tempore medio, quod abfit, fideiussorum predictorum aliquis viam ingrederetur Carnis vniuerse, Extunc infra mensem vnum alium statuere promittimus eque dingnum. Quod si non fuerimus, extunc nos Bodo Senior intrare debemus Ciuitatem vrankenuord obftagium faciendo. Et ut hoc ratum teneamus atque firmum, presens scriptum dedimus munimine nostri Sigilli roboratum. Datum vrankenuord, Anno graciae M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XV<sup>o</sup>, in diuisione apostolorum.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 49.

XV. Markgraf Waldemar befehlt zwei Frankfurter Bürger mit dem Dorfe Reitwein, am 20. Juli 1316.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandeburgensis et Lusacie Marchio, Recognoscimus et ad vniuersorum noticiam Tenore presentium publice volumus peruenire, Quod Diferetis viris Jacobo, de Gummere dicto, et Johanni Scheyele, Ciuibus in Vrankenuord, Eorumque legitimis Heredibus contulimus et per presentes litteras conferimus villam Ruthewyn cum vniuersis suis distinctionibus et pertinentiis, scilicet Agris cultis et Incultis, pratis, Pascuis, Paludibus, Aquis et lignis ac Ceteris aliis ad ipsam Spectantibus, scilicet stagnis, necnon cum stagno Pithzeneken et cum hoc Quinque libras piperis, cum pleno Jure, cum Iudicio summo et ymo, sine precaria et Seruicio quibulibet, prout Nobis, dum nostra fuerunt, competebant, debito et consueto pheudi tytulo in solidum iugiter et pacifice possidenda. Predictam quoque villam et Stagna cum suis pertinentiis, Si predicti vendere decreuerint, hiis, quibus vendiderint, forma simili, vt premittitur, possidenda vtique conferemus. Proinde ipsi Nobis Centum et quadraginta et Septem Marcas Brandeburgensis Argenti et ponderis in parata pecunia perfoluerunt, de quibus ipsos et eorum heredes quitos omnino dicimus per presentes litteras et solutos, quibus nostrum Sigillum in huius rei Testimonium euidens est appensum, presentibus testibus nostris fidelibus Conrado de Redere, Gryfekone de gryfenberg, Henningo de stegelitz, Redekino de Redere, nostre Curie

Mariscalco, Militibus, Euerardo, preposito in Stolpp, nostre Curie Capellano et Notario, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum in Ryngenwolde, Anno Domini Millefimo Trecentesimo Sexto Decimo, feria Tercia ante Marie Magdalene proxima.

Nach dem Orig. des Stadtarchives, Weitwein No. 1.

XVI. Der Schulze Johann in Frankfurt tritt seinem Sohne Conrad einen Theil des Schulzenamtes ab, am 14. Februar 1317.

Nouerint vniuersi presentem litteram inspecturi, Quod Ego Johannes, Prefectus in vrankenuorde, Resingnaui et presentibus Resingno filio meo Conrado partem iudicii in vrankenuorde me tangentem tali interposita condicione, Quod omnem Censum cum Pachtu ab eadem parte iudicii cedentem singulis annis temporibus vite mee percipere debeo, quolibet impedimento procul moto. Si vero quocunque casu interueniente dicta pars iudicii vel ipsum totum iudicium ve(n)deretur, Extunc secundum estimacionem et taxacionem Consulium in vrankenuorde et aliorum proborum virorum ibidem pro dictis Censu et Pachtu secundum ipsorum valorem et pecunia, pro qua dicta pars iudicii vendita fuerit, debet michi tantum erogari, Quantum predictis Consulibus videbitur expedire. Si autem prefatus filius meus Conradus deo disponente prior me moreretur, Extunc sicut et nunc sui heredes huiusmodi ordinacionem ratam, prout superius continetur, obseruabunt. Pro quo facto, vt ipsum inuiolabiliter obseruetur, Ego prefatus Conradus posui patri meo dilecto Johanni meos sinceros amicos et fororios fideiussores, videlicet Iodekinum de hamel, Johannem son, henricum wypreich et Johannem wypreicht, Cives in Berlin, Quorum omnium quatuor Ciuium sigillorum appensione presens littera est roborata. Datum vrankenuorde, anno domini Millefimo Trecentesimo Decimoseptimo, In die beati valentini Martiris.

Nach dem Orig. des Stadtarchives V, 2.

XVII. Markgraf Waldemar bestätigt den Bürgern der Stadt Frankfurt ihre Rechte und Freiheiten, namentlich den Gerichtsstand vor dem Stadtrichter, am 24. April 1317.

Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Recognoscimus et ad vniuersorum noticiam Tenore presencium volumus peruenire, Quod nostris fidelibus ciuibus ciuitatis frankenvordis vniuersis tam presentibus quam futuris omnia Jura et libertates, quibus ab antiquo hucusque gavi sunt et vsi, ex nunc et in perpetuum inconuulsa seruare volumus penitus et illesa. Ipsos etiam cives ad nullum Iudicium prouinciale extra ciuitatem predictam